



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

4 A suis domesticis, & parentibus sunt segregandi. Ad fidem non sunt cogendi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

4. Et, † ne parentum involvantur erro-  
ribus ab eis sunt auferendi, & monaste-  
rijs, aut Christi fidelibus ad educandum  
tradendi, ut cap. Iudeorum, 28, quest. 1,  
non autem ad fidem sunt cogendi, c. si-  
cuit de Iud. quam tamen si invitus suscep-  
isse contenderit, cogendi sunt retinere,  
cap. licet plerumque in fin. cap. de Iudeis 45,  
distinct, & Abb. in cap. sicut Iudeas num. 3.  
de Iud. & Sarrac.

5. Ne autem † de voluntate baptizato-  
rum dubitari contingat, Iudeus fugiens  
ad Christianos, & postulans baptismum,  
non debet repente baptizari, sed tantisper est exspectandus, donec illius volun-  
tas fuerit patefacta, qua scilicet se non si-  
niistro animi impetu, & ex suis alicubi  
agre faciat, vel ex aliqua alia instabili,  
& levi causa, sed recta solum, piaque  
devotione motu ad regenerationis sacra-  
mentum venisse demonstret: pro cuius  
voluntatis exploratione inter Christianos  
commorari, & stare debet totos quadra-  
ginta dies antequam baptizetur, ut cap.  
nè, quod absit de consecr. distinct. 4. &  
Abb. in cap. sicut Iudei ym. 2. de Iudea.

6. Quaritur, † si eveniat, infastern Iude-  
atum à Christianis baptizari, inscijs pa-  
rentibus? Id fieri non debet, non enim  
debet quis per vim baptizari, cap. Iudeo-  
rum & ibi gloss. 28. quest. 1. cap. de Iudeis,  
48, distinct. cap. ad fidem, 25, quest. 5, &  
cap. majores §, item quaritur & ibi Abb.  
num. 2, de baptis.

7. Nec filij Iudeorum † debent invitari  
parentibus baptizari, ex quo illi sunt in  
parentum potestate constituti, Felyn.  
in cap. sicut de Iud. Abb. in cap. 2. de con-  
ver. in fid. Alex. in l. multum, in fin de ver-  
bor. obs. & cons. 71, num. 2, vol. 2, quos

citat, & sequitur Virgil. Affl. decis. 155,  
num. 1.

8. Sed hoc casu † debet infans à parentibus  
separari, & in loco tuto, ubi in fide in-  
struatur, educari: Ita respondit Sac. con-  
gregat. Trid. conc. paucis abbinc annis  
Camillo Dadeo primo Episcopo Fossanen-  
si. Vbi cum quædam Christiana nu-  
trix cum infante Hebreo, quem lactabat,  
se in ædes cujusdam, cuius forte, contulit-  
set, à nobilibus quibusdam adolescentibus  
idem infans fuit baptizatus, unde ju-  
re merito patres dixerunt, ut segregaretur,  
ubi in fide Christiana posset adolescere,  
ut diligenter fuit factum, & caute, ne  
ullo modo parentibus, qui puerum anxi  
exquirebant, ad illum educandum via pa-  
teret: & ita communis illius pia univer-  
sitatis pecunia in pio loco fuit educatus:  
Nec erat ullo jure reddendus, ne in sa-  
cramenti suscepti contemptum, & ad  
Christianæ Religionis ignominiam, Iu-  
daicam personam à suis denuo cogeretur  
assumere, & erroribus parentum rursus  
involvi, dicto capite Iudeorum 28.  
quest. 1.

Tum etiam, ut fidem, quam etiam  
invitis parentibus acceperat, tenere adi-  
geretur, ne nomen Domini blasphemar-  
etur, & susceptra fides contemptu ej-  
set, atque ludibrio, dicto cap. de Iudeis,  
45. distinct.

9. Præterea † contra impressionem cha-  
racteris cum indebilis sit, nulla dari de-  
bet restitutio, nec potest: maximè cum  
quis invitatur ad meliora, Abb. in d. c.  
majores, §, item quaritur num. 7, de  
baptis.

Nam † dolus, quo quis ad bonum ani-  
mæ inducitur, non imputatur, nec im-  
pedit